

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1905

Adelphoe V

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1583](#)

Salus, si cupiat, prorsus non potest seruare hanc familiam'. 2 Hinc licet aestimare, quantum et coloris et grauitatis apud Terentium sit ad imitationem Caecilii; nam uide quantum creuerit a superioribus, ut sic finiret!

*of Hos. epist. 2, 1, 59.
Wess. append. p.
505.*

V.

1.

763 1 1 EDEPOL SYRISCE hic exemplum inducitur licentiae 5
seruorum sub miti domino. 2 EDEPOL SYRISCE TE CV-
RASTI MOLLITER quia detegi Ctesiphonem iam oportet,
ebrius inducitur Syrus, per cuius fallacias tegitur adhuc.
3 Et 'Syriscum' se dicit, non 'Syrum', τῷ ὑποκορί-
σματι. 4 MOLLITER delicate. 10

764 2 1 LAVTEQVE MVNVS ADMINISTRASTI TVVM ut quicquid
esset bellissimum carperes cyathosque sorbilares (*cf. IV*
2, 51—52). 2 Aut 'munus' seruile: esse et bibere.

765 3 ABI uerbum uel sibi uel alteri cum laudatione blan-
dientis. nam sic dicunt, qui iam compotes sunt uotorum 15
omnium perfectique in rebus uniuersis.

766 4 1 PRODEAMBVLARE nota duas praepositiones uni-
dictioni adiunctas, ut (*Verg. Geo. III 256*) 'pede prosubi-
git terram' et (*Homer. Il. II 305*) 'ἀπφιπεριπογήνην'.
2 Et opportune ad delicias exprimendas hoc uerbum con- 20
uenit, nam procedere segnem 'prodeambulare' signi-
ficat. nam deambulare etiam intus potuit.

2 existimare *C* | coloris *cod. Huls.*, caloris *rell.* || 3 muta-
tionem *V*, mitionem *C*, corr. *Steph.* | cecilia (letitia *V*, *dett.*)
nam *codd.*, corr. *W.* || 7 detegi *W!*: detexit *codd.* | oportet
<ut>... inducatur *V* (*dett.*) || 8 tegatur adeo *codd.*, corr. *Bent-*
ley || 9 suriscum *C* | τῷ ὑποκορίσματι *Steph.*: ***** *codd.* ||
13 esses *V* (*dett.*) | liberes *C*, biberes *V* (*dett.*) || 19 ἀπφιπερι-
πογήνην *Steph.*: ***** *codd.*; cf. etiam *Il. VIII* 348 et *in primis*
Gr. L. V 600, 10 || 20 opportune] optime *Steph.* | conuenit
posuit *V* (*dett.*) || 21 producere *V* (*L*) | segni *cod. Cuiac.*, signum
rell., corr. *Lindenbr.*; segne vel segniter *Goetz* | prodeambulare
Westerh.: deamb- *codd.*

- 767 **5** 1 EXEMPLVM DISCIPLINAE quia unus ex multis reliquis. 2 An quia senior et nuper etiam paedagogus, ut ipse ait (*IV 2, 24*) ‘quem ego modo puerum tantillum in manibus gestauí meis’?
- 768 **6** QVID FIT QVID TV ES TRISTIS mire securitatem ebrii expressit: numquid enim pertimescit interuentum senis, ut solebat, Syrus aut quicquam praecaue? subblanditur tantum et ita rerum oblitus est, ut cum eum saeuum sciat, causam tristitiae eius inquirat.
- 769 **7** 1 TV VERBA FVNDES HIC SAPIENTIA ‘sapientia uerba’¹⁰ an ‘tu sapientia’, quia dixit supra (*III 3, 40*) ‘tu, quantus <quantus> es, nihil nisi sapientia es’? 2 FVNDES utrum: sine ulla cessatione proferes, an: perdes, secundum illud (*III 3, 79—80*) ‘nam quid tu hic agas, ubi si quid bene praecipias, nemo obtemerat’?
- 770 **8** DIS QVIDEM ESSES DEMEA ab eo quod est dis ditis dites facit, ab eo quod est diues diuitis diuites.
- 772 **10** 1 QVAMOBREM QVID FECI nihil nunc in Syro nisi purum et simplex est ob ebrietatem. 2 *Et uide* ‘quamobrem? quid feci?’ dicere non esse sobrii Syri.
- 773 **11** IN IPSA TVRBA non minus ridicula importunitas Demeae est quam ebrietas Syri, qui aduersum temulentum tantae grauitatis oratione personat, ut ex dicentis uultu uerbisque et ex audientis habitu et stupore magnam uoluptatem percipient spectatores. uide enim, quanto 25 pondere uerborum cum ebrio litiget!
- 774 **12** POTASTIS SCELVS non quia plus uidet senex quam obicitur oculis, sed oratore ‘potastis’ dixit, cum unum

1 unus] *** C; ἔξοzos Schoell || 2 nuper] impar V (dett.) || 5 <ad> securitatem codd., corr. Steph. | ebrius <hic> V (e. hec dett.) || 6 <ii> senis C || 7 <iam tamen> subblanditur iamque ipsius iram oblitus est V (dett.) || 8 cum om. C || 11 tu 1. om. C | quia — sapientia om. C || 15 bene] boni V (dett.) || 17 ab eo <uero> V | diuites <facit> V || 19 simplex et purum (om. est) V (dett.) || 21 ipsa <re> V (dett.) | demeae importunitas V || 23 <ē> orationis C || 24 et 2.] ex C || 25 peccatores C, potatores V (dett.), corr. ed. pr. | uides V (dett.)

ebrium cernat, propter illud quod ait (*v. 5*) ‘exemplum disciplinae’, quasi in omnibus sit, quod in uno nunc aspiratur. Vergilius (*Aen. II 65*) ‘et criminis ab u. d. o.’

- 775 13 SANE NOLLEM HVNC EXITVM et hoc dictum obliti omnium rerum est nihil Demeae per fallaciam respondisse, 5 sed tantummodo paenitet quod exierit.

2.

- 776 1 1 HEVS SYRE quam clare dicat, ostenditur ex eo, quod ‘heus’ praemisit, antequam loqueretur. 2 CTESIPHO mire additum nomen, cum aut sine hoc aut per pronomen possit intellegi Ctesipho. 3 VT REDEAS ‘redeas’ dicendo ostendit et illum inter pocula, a quo egressus est ebrius.

- 779 4 1 EST ALIVS QVIDAM PARASITASTER PAVLVLS non ‘alius parasitaster’, sed ‘alius Ctesipho, qui est parasitaster’. 2 Et bene non ‘alter’ sed ‘alius’, quasi non duo sed multi sint Ctesiphones. 3 Et hoc sic pronuntiandum 15 est, ut simul et dicat et quaerat.

- 780 5 1 NOSTIN quasi sycophanta addidit ‘nostin?’, nam ueteratoris est mentientem confidere. 2 QVID AGIS QVID ABIS hoc iam ebrio conuenit, non illi quem cognouimus Syro; nam quod retinet senem, confessionis genus est. 20

- 781 6 NON MANVM ABSTINES MASTIGIA etiam inieccisse manum, ut teneret Demeam, ex ipsius uerbis cernitur.

- 782 7 1 AN TIBI IAM MAVIS CEREBRVM DISPERGAM HIC ut appareat, baculo minatur. 2 ABIIT quia prohibere non

2 quasi] quam (*ex quia corr.*) *C* || 4 obliiti *W.*: -tum *codd.* || 5 respondisse *ante* Demeae *V* (*dett.*) || 6 paenitere *Steph.* | quod] quo? || 8 praemisit heus *V* (*dett.*) || 9 nomen *<est>* *V* (*dett.*) | intelligi possit *V* (*dett.*) || 12 paruulus *V* || 14 sed] et *C* || 15 sunt *C* || 16 quaerat et dicat *codd.*, *transp.* *W.* || 17 *<nunc>* addidit *V* (*dett.*) || 18 *<in>* mentientem *V* (*dett.*), *<. N. (sscr.)>* mentio- nem *C* | quid abis *C*, quo abis *V* (*dett.*) *cum codd.* *Ter.* || 19 iam idem *C* || 20 syrum nam *V* (*dett.*), syrontem *C* || 23 iam uis *C*, mauis *V* (*dett.*) | dispergi *V* (*dett.*); *sic et libri Ter. praeter Bembinum* | *hoc C* || 24 minetur *C* | abi *C*

potuit, demisso et desperanti uultu quid factum sit dicit
et abiisse pronuntiat.

783 8 EDEPOL COMESSATOREM HAVD SANE COMMODVM facete
τῷ γλενασμῷ: tam inopinatus superuenit, ut omnia sic
offendat, quemadmodum qui comessatum ingreditur, quia 5
comessatoris est superuenire ad scortum et uociferare ali-
quid in ioculari strepitum. quare totum salse ad Demeam
contulit.

784 9 PRAESERTIM CTESIPHONI bona exceptio, ut appareat
omnibus incommodum et in his Aeschino, sed praecipue 10
Ctesiphoni.

785 10 NISI DVM HAE SILESCVNT TVRBÆ non quae iam
sunt, sed quae erunt.

786 11 HOC VILLI ὑποχόρισμα est uini, ut unus ullus,
asinus asellus, uannus uallus, suinus suillus. 15

3.

787 1 1 PARATA A NOBIS SVNT ITA VT DIXI SOSTRATA in
hac scaena collatio est personarum mitis ac saeui paren-
tis. 2 PARATA A NOBIS SVNT de uerbis abeuntis uult
ostendere poeta, quam orationem cum Sostrata habuerit
ingressus Micio. 3 Et uide quas ἐλλείψεις interposuerit: 20
primo 'parata a nobis sunt' et non dixit, quae, sed 'ut
dixi' dicendo significat dixisse se omnia; deinde 'ubi uis':
'fiant nuptiae' uel quid tale aut omisit aut dicturus hoc
ipsum audit uehementius fores esse pulsatas et quod age-
bat abiecit.

25

3 aut comedum sane C | facete W.: faciet C, om. rell. ||
4 τῷ γλενασμῷ Lindenbr. (ex cod. Cuiac.?): ***** codd. |
tam W.: tantum C, cum V (dett.) | inopinatos C || 7 false
(ante totum V, dett.) codd., corr. Westerh. || 9 appetet V || 10 in
his] huic et V (dett.) || 12 iam quae non C || 14 hoc uini C |
ὑποχόρισμα Steph.: ***** C, diminutiuum V (om. dett.) ||
15 uannus] ualinus CV | suinus suillus Schoell: uimum villus
(illius C) codd. || 17 parentis ac saeui V (dett.) || 20 uides V |
ἐλλείψεις Steph.: ***** codd. || 21 sunt a nobis C || 22 se ante
dixisse V (dett.), om. C

788
eum
pub
ATV
tun
De
qua
inve
'ei
paru
est,
'qui
huie
pecc
dis
imita
dien
enim
inge
fers
nes'>
impl
nee
gradu
cresce

788 2 1 QVISNAM A ME PEPVLIT 'a me' modo id est meas.

2 TAM GRAVITER quia irati omnia concite faciunt,
cum pulsandae fores essent exituro foras, Demea sic eas
pulsauit, ut et his ipsis irasci uideretur.

789 3 1 EI MIHI QVID FACIAM QVID AGAM QVID CLAMEM 5

AVT QVERAR O CAELVM O TERRA O MARIA NEPTVNI multum laborauit Terentius, ut ἐναλογίαν seruaret in dolore Demeae, quod maior debet in Ctesiphone esse reprehensio quam in delictis Aeschini. 2 Et nota, quod ubi non inuenit quid dignum loqueretur, ab interiectione coepit 10 'ei mihi'. et adhuc eum pro rei magnitudine oratio parua esset, 'quid faciam?' inquit: in alieno indignatus est, in suo 'quid faciam?' ait; in alieno litigauit, hic ait 'quid agam?'; in alieno clamauit et questus est, quid huic in suo relinquitur praeter διαπόρησιν? in Aeschini 15 peccato Micionem accusauit, in Ctesiphonis elementa cum dis omnibus ac toto mundo. 3 Mira αὐξήσεις, quam imitatus Vergilius in Orpheo post amissam rursus Eurydicens (*Geo. IV 504 sqq.*) 'quid faceret' inquit; omnia enim consumperat primus dolor. 'quo se rapta bis con- 20 iuge ferret?' nam quid praeter omnes terras atque inferos loci remanebat, quod non lugeret? <'quo fletu manes'> per quem fletu manes, qui omnes primis luctibus impleuerat lacrimis, 'quaes numina uoce moueret?', cui nec ira quidem remanserat inexperta. 4 Et uide hic 25 gradus doloris et iracundiae in tantum auctos, ut iam crescere non possint. quippe in initio fabulae tantum

1 pepulit <fores> *V* | a me — meas] .i. a me uero *C* ||
2 concite ed. pr.: -ta codd. || 3 foras] sic *C* || 4 et] in *C* || 5 hei
V, et *C* || 7 analogiam *V* (dett.), ***** *C* || 8 quo codd., corr.
Teuber | reprehensio esse *V* || 9 Et om. *C* || 10 quid] quod *V* ||
11 ey *C*, hei *V* | pro om. *C* || 13 ait 1. om. *C* || 14 est om. *C*
hic in suo quid <nunc> *V* || 15 διαπόρησιν Steph.: *** * * codd. ||
17 auxesis *V* (dett.), ***** *C* | <et> quam *V* || 18 euridi-
cem *V* || 21 nam] ** *C*; έρωτημα Schoell || 22 quo fletu manes
add. Steph. || 23 qui] quasi *V* (dett.) || 24 <et> lacrimis *V* (*D*) |
mouerunt codd. | cui om. *V* || 25 inexperta remanserat *V* (dett.) ||
26 auctos] autem *C*

82-83

tristis est Demea, nam sic audit a Micioni (*I* 2, 2—3) ‘quid tristis es?’ et ipse ‘rogas me, ubi nobis Aeschinus siet? quid tristis ego sim?’ inde Demea procedit in peius adeo, ut sic incipiat (*III* 3, 1—2) ‘disperii! Ctesiphonem audiui filium una fuisse in raptione cum Aeschino’, inde postea 5 dicit (*IV* 2, 1) ‘ne ego homo sum infelix’, ad postremum ‘ei mihi! quid faciam? quid agam?’ et naturali quodam modo postquam summus furor ad extrema peruenit, re-
pente senex mutatur et mitis est.

790 4 1 o CAELVM O TERRA O MARIA NEPTVNI quod me- 10 dius sit Neptunus inter caelum et inferos, dum utriusque regni particeps est, habetur elementorum potior omnium. nam ideo tridentem habet pro numero trium elementorum, et apud Vergilium idecirco dicit (*Aen. I* 133—34) ‘iam caelum terramque m. s. n., u., m.’ et apud Homerum sic 15 idem (*Il. XV* 193) ‘γαῖα δ’ ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μαρῷος Ὄκυππος’. 2 Et hoc est, quod ait Horatius in arte poetica (*v. 93*) ‘interdum tamen et uocem comoedia tollit’. 3 In haec enim tria rerum natura diuiditur, ut (*Verg. Aen. I* 58) ‘principio maria ac terras c. p.’, et per 20 hoc totum mundum accusauit. 4 o CAELVM O TERRA O MARIA NEPTVNI utrum de eo elementa inuocat, quia dis quoque irascitur qui in his commorantur, ut dolentes solent, an, quia deos esse non putat, ideo haec omnia Neptuni dicit, quasi dicturus esset ‘Neptuni fiant’, nisi 25 intercederet persona Micionis, quem uidens ad aliud conuersus desiit diluuium et interitum rebus optare obiecto

1 quid] quia *codd.* || 3 sum *codd.* | in demea *C*, inde mox *V* (dett.), corr. *W.* || 4 sic ut *C* || 5 post *V* || 7 hei *V* | et] in *C*, et in *V* (dett.) || 10 <Neptunus> quia *V* || 11 Neptunus *hic om.* *V* | dum *om.* *V* || 12 est *om.* *C* | potior (*post omnium*) *V*, -orum *C* || 13 habet *om.* *C* || 14 <et> idecirco *C* || 16 idem *om.* *C* | ΓΔΙΔ-
ΔΗΤΣVNΣTΔΝΤΟΝΓΔΙMΑPPOCΔNTPΩS cod. *Cuiac.*, *****
rell. || 17 Et *om.* *C* | in arte poetica] poetria *C* (cf. *schol. Hor.*
ed. Hauthal II p. 574) || 19 In] et *C* || 20 principio] ni faciat
Verg. || 22 inuocauit *V* | quia] qui *C*, quod *V* (dett.) || 24 an
Steph.: aut *codd.* | putet *V* || 25 quasi *Steph.*: quia sic *codd.* |
fiat *codd.*, corr. *Steph.*

fratre, cui maxime irascitur et propter quem detestabatur omnia? tale est apud Vergilium (*Ecl. VIII* 58) ‘omnia uel medium fiat mare’. an omnia accusat, ut indignantes solent? ut (*Verg. Aen. II* 745) ‘quem non incusaui amens hominumque deorumque?’ et (*Ecl. V* 23) ‘atque deos atque a. u. c. m.’ 5 EM TIBI τῷ ἀδιωτισμῷ: nulli enim ‘tibi’ Micio loquitur.

791 5 ID NVNC CLAMAT ‘id’ ob id.

792 6 1 PARATAE LITES uidetur et ipse pertimusse dicendo ‘scilicet paratae lites’, sed ut rursus confirmet se 10 ipsum, ‘succurrendum est’ ait. 2 Et SVCCVRRENDVM Ctesiphoni scilicet.

793 7 1 COMMVNIS CORRVPTELA NOSTRVM qui communiter ambos corruperit. 2 COMMVNIS CORRVPTELA NOSTRVM LIBERVM maior est accusatio ista quam prior, quippe cum 15 iam modo de ambobus accusetur Micio et non de uno.

794 8 1 TANDEM REPRIME IRACVNDIAM mire, quia reprehendere irascentem non potest, nimietatem reprehendit irati. 2 Et ira de causa est, iracundia de moribus. 3 ATQVE AD TE REDI quia ira ab eo quod est ire 20 dicitur, quod a se eat qui irascitur et furt. 4 Et proprie ‘ad te redi’, ut Vergilius (*Geo. IV* 443—44) ‘uerum ubi nulla f. r. f., u. ad se redit’ et Cicero (*divin. in Caecil. 17, 57*) ‘redit ad se atque ad mores suos’.

795 9 REPRESSI REDII non quid dicatur, sed quo gestu 25 dicatur specta et uidebis neque repressisse adhuc iracun-

2 omnia om. C || 3 fiant V (cf. *Andr. IV* 2, 12) || 6 hem codd. | τῷ ἀδιωτισμῷ Steph.: ***** codd. || 9 uidetur — lites om. C || 11 ipsum *⟨quia⟩* C, om. V (dett.) | Et om. C | succurrendum *⟨est⟩* V (dett.) || 12 scilicet om. C || 13 NOSTRVM om. V || 14 corrumperet C | nostrorum liberorum V || 15 accusatio est V (dett.) || 16 et non] unum C || 18 non potest] nequit (*ante* irascentem) V (dett.) || 19 est om. C || 20 redi ad te C | ira *⟨est⟩* V || 21 dicitur *⟨eo⟩* V | Et om. C | ad te redi proprie *⟨dixit⟩* V (dett.) || 22 ut] et C || 23 ubi *⟨uidi⟩* codd. | u. *⟨uidi⟩* codd. | ad se] in sese *Verg.* || 24 atque] et V (dett.) || 25 dicitur codd., corr. Steph.

diam neque ad se rediisse Demeam. sed quam mira perspicuaque moralitas in huiuscemodi rebus appetet!

796 **10** **1** REM IPSAM PVTEMVS uidetur paulo ocius destomachatus quam res etiam *< nunc >* incerta poscebatur. sed et hoc morale, nam iuste irati omissa saeuitia ad rationationes saepe festinant. et praeterea illud accedit, quod non inuenit iam quod condigne dicat, simul etiam quia increpitus est a fratre, quod apud se ipsum ipse iam non sit per iracundiam uehementem. **2** REM IPSAM PVTEMVS tractemus, purgemus. nam hinc et putamina **10** dicta sunt purgamenta, ut Plautus in Captiuis (*III 4, 122*) ait ‘nucleum amisi, retinui pignoris putamina’. et Vergilius (*Aen. VI 332*) ‘multa putans’ dixit. putare est enim falsa et cassa a ueris et utilibus resecare, unde arborum purgatores putatores dicuntur. **3** *Et* ‘rem’ causam **15** ipsam ostendit, ut (*II 1, 31*) ‘mitte ista atque ad rem redi’.

797 **11** NE TV CVRARES MEVM nam ‘ambos curare prope modum reposcere illum est quem dedisti’ (*I 2, 51—52*).

798 **12** FACTVM EST appetet Micionem minutim quidem **20** fateri, sed facete contemnere obiecta.

800 **14** **1** CVR EMIS AMICAM MICIO inclamatio ista nominis magnam inuidiam significat, ut (*II 1, 21*) ‘regnumne, Aeschine, hic possides?’ et (*Verg. Aen. XI 362*) ‘pacem te poscimus omnes, Turne’. **2** NVM QVI MINVS MIHI IDEM **25** IVS AEQVVM EST ESSE aut ‘num’ aut ‘qui’ abundat. et est ordo: qui minus aequum est esse idem ius mihi. ‘qui’ ergo quare uel cur significat.

1 Demeam *om.* *C* | mira *< est >* *C* || 2 huiusmodi *V* | rebus *< est >* *V* || 3 uidetur] purgetur *C* | ocius *W.*: socius *C*, citius *V* (*dett.*) || 4 etiam] est *C* | *nunc add.* *W.* | poscebant *C*, ^{ex} de poscebatur *V* || 5 et *om.* *V* | morale *< dicitur >* *V* (*L*) || 7 non *om.* *V* | etiam *om.* *C* || 8 ipsum *om.* *V* || 11 purgamenta dicta sunt *V* (*dett.*) || 12 retinui] reliqui *Plaut.*; pignori *idem* || 13 dix *< i >* *C*, inquit *V* (*dett.*) | est enim propri *V* (*dett.*) || 14 cassa *Steph.*: casta *C*, infructifera *V* (*dett.*) | utilibus] fertilibus *V* (*dett.*) || 25 mihi — minus *om.* *C* || 28 qui *om.* *C*

- 803 17 NON NAM VETVS VERBVM HOC QVIDEM EST con-
fidenter 'non' repetiuit non habens rationem quam sub-
iceret, nisi illi prouerbium uenisset in mentem. nam
quia se uidet in malam causam incidisse, totum uerniliter
et facete agit et subicit aequitatem, ubi iusto se tueri 5
non potest. quod tamen a Demea statim conuincitur
dicendo 'nunc demum istaec nata oratio est', ut ostendat
illum perturbatum contraria protulisse dictis suis superio-
ribus.
- 804 18 COMMVNIA ESSE AMICORVM INTER SE OMNIA inter 10
Pythagoreos ortum dicitur.
- 805 19 1 FACETE NVNC DEMVM ISTAEC ORATIO NATA EST
alii totum iungunt, alii separant 'facete'. 2 *Et* bene
'nata est', nam sic dicimus de rebus repentinis, ut supra
(III 1, 8) 'e re nata melius fieri haud potuit quam factum 15
est, era'.
- 806 20 AVSCVLTA PAVCIS NISI MOLESTVM EST DEMEA in
duas partes diuiditur tota persuasio: nihil passurum De-
mean damni, nihil <filios> corruptelae.
- 811 25 ET ME TVM VXOREM CREDIDISTI SCILICET DVCTVRVM 20
ἐπαγωγή.
- 813 27 1 CONSERVA QVAERE PARCE FAC QVAM PLVRIMVM
ILLIS RELINQVAS hoc sic pronuntiadum est, ut appareat
hanc ipsam uoluntatem dispicere Micioni. 2 CONSERVA
parta, QVAERE noua, PARCE omnibus. 25
- 807 21 PRINCIPIO SI ID TE MORDET SVMPTVM FILII QVEM
FACIVNT figurata locutio est, ut (*Eun. IV 3, 11*) 'Eunuchum
quem dedisti quas turbas dedit?'
- 808 22 QVAESO 'quaeso' modo obiurgatorium est.
- 809 23 PRO RE TVA pro patrimonii tui qualitate. 30

1 NON om. C | NAM om. V (dett.) || 2 quam om. C || 5 ait C ||
6 quod] qui V (L, quia D) || 7 oratio nata V (dett.) || 13 facete
om. V (dett.) || 18 nihil] n̄ hērret C || 19 damni] nam C | filios
add. Westerh. || 20 tunc C | ducturum scilicet V (dett.) || 21 *ἐπα-*
γωγή Steph.: * * * * codd. || 25 parta D, patria V(L), -am C ||
26 sumptus C | quae CV || 29 est] et C

- 815 29 VTANTVR SINE aut deest 'his', ut sit: his utantur,
aut 'mea utantur' antique locutus est.
- 816 30 DE SVMMA NIHIL DECEDET rei tuae scilicet.
- 820 34 1 MITTO REM 'rem' pecuniam. et haec exclamatio
est moralis nimis aduersum tardos ac non intellegentes 5
homines.
- 819 33 DEMP SERIS pro 'demes'.
- 820 34 2 CONSVETVDINEM IPSORVM 'loquor' aut quid tale
subaudiendum. 3 MITTO REM CONSVETVDINEM IPSORVM uel
ab utilitate ad honestatem transit uel a rebus ad illos 10
ipsos, de quibus agitur. cauet enim, ne aut rem perdant
aut ipsi pereant. 4 MANE SCIO ISTVC IBAM moralis et
faceta correptio est continens in se latenter blandimentum,
quo deleniatur auditor.
- 830 44 1 AT ENIM METVAS NE AB RE SINT TAMEN OMISSIONE- 15
RES PAVLO oratorie, nam non paulo omissiores fore De-
mea, sed plurimum fore credit et metuit. 2 Et AB RE
id est a patrimonio.
- 831 45 1 OMISSIONES ἀνίστενοι, ἀνετόρεροι, neglegentiores.
sic in Heautontimorumenō (V 2, 9) 'ubi te uidi animo 20
esse omissō'. 2 o NOSTER DEMEA blanda et cum quodam
complexu eius qui reprehenditur incusatio et de more
sublata. 3 Et sic hoc dixit, tamquam dicturus esset:
multa te latent, simplex homo es. nam huiusmodi sen-
tentia latenter quandam auctoritatem fiduciamque 25
designat.
- 821 35 MVLTA IN HOMINE DEMEA SIGNA INSVNTE obscurissi-
mus sensus et re et uerbis.

2 mea utantur Steph.: metuantur C, sine utantur V (dett.) |
est] et C || 3 NIHIL om. C | decidet codd. || 8 illorum C || 10 aut
(uel ab V, dett.) honestate transtulit codd., corr. Steph. || 11 cauent
C, cauetur V (dett.) || 12 scro om. C || 13 correptio est W.: corre-
ptione C, correctio V | in se om. C || 14 clematur C, leuiatur V ||
16 paululum C | oratorie <paulo> V (dett.) || 17 fore om. V
(dett.) | Et] uel V (dett.) || 18 id est W.: uel codd. || 19 ἀνί-
στενοι (sic) ἀνετόρεροι Lindenbr. (ex cod. Cuiac.), om. CV (dett.);
v. append. || 21 blande C || 23 dixit om. C || 24 es] est C || 27 SIGNA
om. C

823 **37** 1 DVO CVM IDEM FACIVNT obscure locutus est, cum
hic sit sensus: duo idem faciunt; quod uni licet facere,
alteri non licet. 2 SAEPE VT POSSIS DICERE melius est
'saepe' ad superiora coniungere, nam possunt duo idem
facere et casu, non ut simili studio idem facere uidean-
tur; tunc ergo erit signum 'saepe idem faciunt'. 'dicere'
autem posuit pro intellegere et scire, ab eo quod prae-
cedit id quod sequitur, ut (*Phorm. III 2, 8*) 'faeneratum
istuc beneficium pulchre tibi dices' et (*Ad. II 2, 43*)
'memorem me dices esse et gratum'.

825 **39** NON QVOD DISSIMILIS RES SIT an quia huic licet,
<illi non licet>?

826 **40** QVAE EGO ILLIS INESSE VIDEO ordo et sensus hic
est: multa in homine, Demea, signa insunt, ex quibus
coniectura facile fit; quae ego illis inesse video, ut con-
fidam fore ita ut uolumus.

823 **37** 3 DVO CVM IDEM FACIVNT nam ambo et sapiunt
et intellegunt et in loco uerentur: non ingenii uitium est,
sed aetatis.

827 **41** INTELLEGERE IN LOCO VERERI non 'in loco intel-
legere', sed 'in loco uererri'.

828 **42** INTER SE AMARE cito dixit 'inter se', quod est:
cum alter alterum inuicem amat.

830 **44** 3 AT ENIM METVAS ἀντίθεσις ad priorem tractatum
pertinens, qui est habitus de consumptione rei familiaris. 25

4 NE AB RE SINT TAMEN OMISSIONES PAVLO quia amant,
potant, olent unguenta (*cf. I 2, 37*).

832 **46** AD ALIA OMNIA AETATE SAPIMVS RECTIVS praeter-
quam ad auaritiam, ac per hoc quod optas liberis, uitium
senectutis est.

30

2 quod uni] quorum *C* || 5 et] ut *C*, etiam *V* (*dett.*) | simili
studio idem *Westerh.*: similitudinem *codd.* || 7 pro *om.* *C* ||
11 <*id*> quod *C* | *RES SIT om.* *C* || 12 illi non licet *add.* *W.* ||
14 homine] animo *C* || 15 sit *V* | illis ego *V* || 16 ita fore *V*
(*dett.*) || 21 in *om.* *V* || 22 cito] sat *C* || 24 metues *C* | ἀντίθεσις
Steph.: ***** *codd.* || 25 consumptione *Rabbow*: consuetudine
codd. || 29 auaritiam <omnia bona inquam affert senectus prae-
ter auaritiam> *V* (*D*) || 30 senectutis *D*, -tus *rell.*

- 834 **48** 1 ATTENTIORES SVMVS AD REM OMNES proprie 'attentiores' reddit omissioribus; supra (*v. 44*) enim dixerat 'ne ab re sint tamen omissiores paulo'. 2 QVAM SAT EST quoniam attentos esse non statim crimen est.
- 835 **49** 1 QVOD ILLOS SAT AETAS ACVET μεταφορικῶς 'acuet'. 5
 2 NE NIMIVM BONAE TVAE ISTAE NOS RATIONES MICIO ET TVVS ISTE ANIMVS AEQVVS SVBVERTIT ⟨si⟩ 'ne' ualde, 'subuertit' infra legendum est, si 'ne' pro coniunctione est, 'subuertat' legendum est, ita ut subaudiamus 'timeo' uel aliquid tale. 3 *Et 'tuae istae'* quod ait, significacionem habet nullius modi rationes et inepta; nam apparet non eas probari ab eo qui sic loquitur, ut supra (*IV 7, 36—37*) 'iam uero omitte, Demea, tuam istam ira-cundiam'.
- 837 **51** TACE NON FIET 'tace' nunc τῷ εὐφημισμῷ positum 15 est, quasi diceret: non subuertet, ne dixeris quod mali ominis est uerbum.
- 838 **52** 1 DA TE HODIE MIHI accommoda te ipsum uoluntati meae. nam in animum transtulit, quod est corporis, ut in Eunuco (*III 3, 10*) 'mihi sese dare, sermonem quaere'. Cicero (*in Verr. II, III 19, 49*) 'ceruiculam iactaturum et populo se ac coronae daturum'. 2 DA TE HODIE MIHI si non uis, inquit, propter te, uel propter me mitis esto.
- 839 **53** 1 EXPORGE FRONTEM quia contrahi in⟨uerso⟩ 25

2 reddit *V(L)* || 4 quoniam *W.*: quam *C*, quasi dicat *V* (*dett.*) | attentos ⟨nos⟩ *V* (*dett.*) | non statim] nimium *V* (*dett.*) || 5 methaphoricos *V* (*dett.*), ***** *C* || 7 subuertant *V* (*dett.*); sic et *codd.* *Ter.* | si add. *Westerh.* || 9 subuertant ⟨ergo⟩ *V* | <et> ita *V* || 10 istae om. *C* || 11 modi] ponderis *Bentley* | rationem et ineptam *codd.*, corr. *Bentley* || 12 appare t ^a *C* | probare *codd.*, corr. *Steph.* || 13 istanc *V* || 15 pro (τῷ *W.*) εὐφη-mismῷ *Steph.*: ***** *codd.* || 16 diceret om. *C* (*del.?*) || 17 omnis in ras. *V*, hominis rell. | uerbum est *V* || 18 uoluntati *D*, uoluptati *rell.* || 22 ac — daturum] accommodate *V* (*dett.*), -date *C* || 23 inquit ⟨uel⟩ *C* || 25 exporige *C*, exerge *V* | inuerso uerbo *Klotz*: in uerbo *codd.*

uerbo dicitur. et uerbo isto ostenditur, quanto conatus
opus sit ad explicandam tantam contractionem et senectutis
et seueritatis. 2 SCILICET ITA FERT TEMPVS FACIENDVM
EST uide si non hoc sit, quod Graeci μισοναλήμερον di-
cunt; nam 'scilicet' et 'ita fert tempus' et 'faciendum' 5
est' dicendo ostendit se magis cogi necessitatibus, ut
paulum sit tranquillior. 3 Et cum tanta difficultate
promittit, tamquam mala subiturus sit, atque adeo mai-
orem partem secum disputat necessario hoc uelit nolit
faciendum, ut sit laetior, et hoc quia 'tempus fert'. 10

840 54 1 CETERVM RVS CRAS CVM FILIO CVM PRIMO LVCI
IBO HINC hoc facit, quasi gaudere interim non possit,
nisi uicinae saeuitiae proximitate solaretur. 2 FACIEN-
DVM EST satis mire tamquam necessitate cogitur ad gau-
dendum agrestis senex et μισοναλήμερος. 15

841 55 1 IBO HINC tamquam de malo loco. 2 DE NOCTE
abundat 'de'. 3 CVM PRIMO LVCI ἀρχαιότητος, nam 'cum
primo luci' ueteres dicebant, lucum pro sole ponentes.
ergo 'cum primo luci' cum primum cooperit illucescere.
4 CVM PRIMO LVCI ueteres masculino genere dicebant 20
lucem.

842 56 1 FACE TE eodem uerbo utitur quo iamdudum (v. 22),
ut laborem ad laetitiam se conuertentis ostendat. 2 Id est:
elabora, ut sis hilaris. 3 ET ISTAM PSALTRIAM VNA ILLVC
MECVM ABSTRAHAM uide singulas syllabas imbutas amari- 25
tudine rustica atque agresti! nam 'istam' odium significat,

1 ostenditur (sser. ut) C, ostendit ut V (dett.) || 2 explican-
dam dett., -dum CV || 3 tempus fert Ter. || 4 hoc non C |
ΜΙΠΚΟΚΔΛΗΜΕΡΟΝ Lindenbr. (ex cod. Cuiac.?): ***** codd. ||
5 scilicet Bentley: sic codd. || 8 sit om. C || 10 faciendum <esse>
V || 11 CRAS om. V | cum prima luce C, primo cum lucu V ||
12 hoc <ideo> V (dett.) | facit] dicit Goetz || 14 cogatur V (dett.) ||
15 ξΜΙΠΚΟΚΔΛΗΜΕΡΟC Lindenbr. (cf. supra): ***** codd.;
et pro ξ W. || 17 abundat de] abunde C, -dat V (dett.) | prima
lucei C, primo lucu V (dett.) | ἀρχαιότητος Westerh.: ***** C,
aposiopesis V (dett.) | nam om. C || 18 lucio CV | lucium C ||
19 <sol> cooperit V (dett.) || 20 lucu V || 22 fac te codd. Ter. ||
26 ista C, ita V

Donati comm. rec. Wessner. II.

'psaltriam' saeuitiam in nomen eius quam deliciosa esse oportet, et 'una mecum', quam cum adulescentibus esse conuenerat, et 'illuc', ad quem locum psaltriam † et quasi quo † ire compellit. deinde ne uel in itinere poena cesseret, 'cum filio ibo hinc' inquit, 'illam uero 'abstraham'. ⁵ nam 'illuc' eo animo dixit, quo supra 'ibo hinc'. et apparel illum quasi mancipium ducturum puellam, non ut fidicinam.

843 57 1 MECVM HINC ABSTRAHAM non 'abducam', sed quod est saeuientis 'abstraham'. 2 PVGNAVERIS magnam ¹⁰ rem feceris. sic Lucilius (*l. inc. fr. 111 M.*) 'uicimus, o socii, et magnam pugnauimus pugnam'.

844 58 1 EO PACTO PRORSVS ILLIC ALLIGABIS FILIVM haec cum risu dicit Micio. 2 *Et ligare est inicere alicui uincula, contra alligare <aliquem ligare> ad aliquid, sine 15 quo esse non possit. ergo proprie ad amicam alligari adulescentem dixit amatorem.* 'prorsus' autem recte, certe ac uere significat.

845 59 1 VT ILLAM SERVES acuendum 'illam', hoc est: non iam filium, sed illam serua, in qua utrumque retinue-²⁰ ris. 2 EGO ISTVC VIDERO hoc est: ut illam seruem.

846 60 ATQVE IBI FAVILLAE PLENA FVMI AC POLLINIS ne ametur scilicet.

847 61 1 COQVENDO SIT FAXO ET MOLENDO atqui est prius molere quam coquere. sed illud prius posuit, quo pulchritudo magis foedatur. 2 An quia prius torreatur tritum, ut tundi possit? ut Vergilius (*Aen. I 179*) 'et tor-

1 psaltria *V | in]* et *C | 3* et quasi quo *C*, secum *V* (*dett.*); sensus postulat quasi in seruitutem *vel sim.*, cf. *quae secuntur* || 6 dicitur *C* || 7 ut non *C* || 11 o socii (*sic ad Eun. V 2, 60*) ocius *C* (*dett.*), o ciues *V* || 13 prorsum *V | alligabit C | haec* ac *C | 15* contra *W.*: *qrat C*, quis uero dicitur *V* (*dett.*) | alligari *V | aliquem add. W.*, ligare *Goetz* || 17 dicitur *C | 20* non <ut> *V | 22 lemmata scholiorum 60 et 61, 1 in codd. commutata sunt | mī* illic *V | ac]* atque *C | 23* scilicet om. *C | 24* srr] ita *C | et molendo sit faxo V* (*dett.*) | atqui — molere] quippe molere prius est *V* (*dett.*) || 25 illud] coquere *V* (*dett.*) || 26 magis om. *C*

rere parant f. e. f. s.⁷ 3 COQVENDO SIT FAXO ET MOLENDO
PRAETER HAEC ἀπόδοσις octaua.

848 62 1 MERIDIE IPSO cum sol uehementior est. et
nomen fecit de aduerbio. 2 Et meridiem ueteres dixe-
runt quasi medidiem, R pro D posita propter cognatio-
nem inter se harum litterarum. 3 VT STIPVLAM COLLI-
GAT quod sub sole fieri necesse est.

849 63 1 TAM EXCOCTAM REDDAM ATQVE ATRAM ἰδιωτικῶς
dixit 'reddam' pro 'faciam'. et 'excoctam' ad tenuitatem
siccati corporis, 'atram' ad colorem rettulit. 2 Et uide 10
quam aspera clausula quamque ingrata sit, qua saeuidici
senis finitur oratio. 3 PLACET NVNC MIHI VIDERE SAPERE
non contradicit, ne rursus prouocet; timet enim suasor,
ne laetitia prouocet ad iurgium.

850 64 ATQVE EQVIDEM FILIVM TVM ETIAM SI NOLIT non 15
solum suadet laetitiam, sed etiam ridere cogit inuitum.

852 66 1 DERIDES FORTVNATVS QVI ISTO ANIMO SIES hoc
uerbum uultu Demeae sic profertur, ut subrisisse uideatur
inuitus. sed rursus 'ego sentio' amare seuereque dixit.
2 Et ridet qui simpliciter ridet, deridet qui cum 20
alterius irrisione et contemptu ridet. 3 FORTVNATVS QVI
ISTO ANIMO SIES non laudantis est quod ait 'fortunatus',
sed moraliter reprehendentis, ut si dicas, cum te aliquid
cura offenderit, fortunatos stultos qui nihil sentiant. hoc
quoque dixit in Eunucho (II 2, 13) 'at ego infelix neque 25
ridiculus esse neque plagas pati possum'.

1 ita faxo C, sic faxo (*post molendo*) V (*dett.*) || 2 ἀπόδοσις
Steph.: * * * * codd. || 3 est om. C || 4 dixerunt ueteres V (*dett.*) ||
5 medides V, merum diem C; cf. *append.* | positam C, -tum <est>
V (*dett.*) || 8 ATRAM om. C | ἰδιωτικῶς Steph.: * * * * C (*dett.*),
reddam ut carbo est V || 10 corporis Klotz: coloris (*ex cal. V*)
codd. || 11 clausula *post* ingrata V (*dett.*) || 13 contradixit codd.,
corr. Steph. | enim] bet C || 14 letitiam codd., corr. ed. pr. ||
15 non solum *post* laetitiam V (*dett.*) || 16 ridere Steph.: redi-
gere C, rem ducere V | in uitium C || 17 istoc V || 20 deridet
om. C | qui — 23 moraliter om. C || 21 ridet *dett.*, deridet V ||
22 istoc V || 23 dicat C || 24 iure Bentley || 25 dicitur C

853 **67** IAM IAM DESINO et hic uelut necessitatem queritur imponi sibi.

854 **68** 1 ET CVI REI EST cui rei est indultus, hoc est ludo atque laetitiae utoque et gaudio ^timponatur. 2 HVNC SVMAMVS DIEM non accipiamus, sed impendamus et ⁵ consumamus. unde et sumptum dicimus pecuniam, quae insumenda est.

4.

855 **1** 1 NVMQVAM ITA QVISQVAM BENE SVBDVCTA RATIONE in hac scaena exemplum inducitur hominum, qui uirtutem taedio deserunt ob contemptum eius apud omnes sae- 10 culumque uitiosius. et adeo fauet Terentius clementioribus atque mitissimis patribus, ut hunc quoque ducat ad sententiam Micionis, non tamen hoc sentientem quod ita fieri oporteat, sed quod ita res cogat. uult enim naturalem inesse ueris patribus acrimoniam, sed eam semper 15 inuidiosam esse adulescentibus. 2 BENE SVBDVCTA RATIONE bene disposita, bene computata; ducere enim est digitis computare. 3 Sed ducere apud alium quem et palam, subducere apud se ipsum atque secreto. quo magis in hoc uerbo maioris attentionis et diligentiae 20 signum est.

856 **2** 1 QVIN RES 'quin' modo cui non significat.

1 deficio C | hic rell. | querit codd., corr. Steph. || 3 ET] ut C (*cf. Ter. cod. F*) | <ei> rei cui <opus> est V (*sim. dett.; cf. Ter. codd. ð*) | est indultus Schoell: est multus C, credas nisi ineptiis (*nuptiis dett.*) V (*dett.*) || 4 atque om. V (*dett.*) | -que om. V (*dett.*) | imponatur C, nuptiali V (*dett.*); iam donatus Schoell || 6 et] ut (*ante unde*) C | pecuniaque V (*dett.*) || 9 inducitur om. C | omnium C || 10 <quod> apud V (*D*) | seculumque uitiosius cod. Cuiac., f^m q et uitiosius C, saeum esse uitiosum ē sit V (*dett.*) || 12 atque] ac V || 13 non] ut C || 15 inesse] in C || 16 esse] ab C || 18 sed seducere C, seducere <est> V (*dett.*) | quem apud alium et palam <deducere sed> subducere <est> V (*dett.*) || 19 secreto <deducere> V (*dett.*) || 20 in uerbo isto V (*dett.*) || 22 cui] cur V (*D*)

2 QVIN RES AETAS vsvs tria posuit, ex quibus 'res' pro experientia ponitur, et hac se dicit esse mutatum. nam mox dicet (v. 6—7) 're ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius neque clementia'.

857 3 ALIQUID MONEAT σύλληψις per casus: subauditur 5 enim 'quem'.

858 4 ET QVAE TIBI PVTARIS PRIMA 'prima' ante alia eligenda, quae et primo loco ponenda, ac per hoc optima.

859 5 1 VITAM DVRAM QVAM VIXI ἀρχαίσμός, ut Lucilius (l. inc. fr. 111 M.) 'magnum pugnaimus pugnam'. 10

2 NAM EGO VITAM DVRAM QVAM VIXI VSQVE ADHVC prius dixit quid faciat quam cur faciat.

860 6 1 PROPE IAM DECVRSO SPATIO id est: ad calcem et prope ipsos decursus metasque uiuendi. et est metaphora a cursoribus. 2 EXCVRSO SPATIO id est: in summa 15 senectute. 3 ID QVAM OB REM RE IPSA REPPERI quia secum loquitur, ideo multa reticet. et deest 'faciam' et 'si quis quaerat' et 'dicam'.

861 7 1 FACILITATE iam se facilem infert. 2 Inter facilitatem et clementiam hoc interest: facilis est, cuius 20 ira facile id est cito soluitur, clemens qui non irascitur.

863 9 ILLE SVAM SEMPER EGIT VITAM hic iam quasi comparativa qualitas inducitur de utroque. et ut ille initio fabulae locutus est, sic hic in fine loquitur.

864 10 1 CLEMENS PLACIDVS NVLLI LAEDERE OS mira 25 uarietas et in locis et in partibus orationis. 2 Et 'clemens' est, qui colit mentem suam, ne eam urgeat

1 etas usus res C || 2 dicit om. C || 3 dicet dett., -cit V, d' C | facilitate — ALIQUID om. C || 4 neque] quam V (L) || 5 si- lempsis <est> V (dett.), * * * * C || 7 putaueris C | ante Steph.: ut codd. | alias V (dett.) || 8 <et> loco C | optima ex maxima corr. ut vid. C || 9 archaismos V, * * * * C || 11 usque huc C || 12 excuso V (dett.) | et] missò V (dett.) || 14 prope cod. Cuiac., propter rell. | metafora C, -phora V; sumpta add. V (dett.) || 15 EXCVRSO SPATIO om. C | hoc est V || 17 ideo om. V || 20 facilis <enim> V || 21 facile id est Goetz: facile et C, om. V (dett.) || 22 semper suam V (dett.) || 23 <in> initio V (dett.) || 25 os] o C, om. V || 26 et 1. om. C || 27 ne W.: nec codd. | urgeat] uexat V (dett.)

irascendo. 3 NVLLI LAEDERE OS ARRIDERE OMNIBVS uoluptatis affectus est duplex: aut enim ex quiete uoluptas est aut ex aliquo actu. ergo hic utrumque complexus est. 4 Id est: nullum praesentem laedere. 5 Et uide quam grata a nominibus <ad> uerba transeat. 6 CLEMENS PLACIDVS 'clemens' est circa recte agentes, 'placidus' etiam circa delinquentes. 7 Et clementis est 'nulli laedere os', placidi 'arridere omnibus'. 8 Et 'clemens' animo, 'placidus' uultu. 9 Et NVLLI LAEDERE OS ut nullum secum tristem faciat. 10 Et haec est figura ἀναδρομή, cum recurrimus per ea quae diximus, ἐξηγητικῶς omnia repetitum.

866 12 1 EGO ILLE AGRESTIS bene addidit 'ille' quasi iam notus in hoc ipso, quod ferus atque agrestis. 2 Et 'saeuus' factis est, 'tristis' animo, 'truculentus' uultu. 15 3 Et aliter potest, ut 'tristis' sit qui dolet, 'truculentus' qui terret. et ideo αἰσίοις mire decurrit per ista.

867 13 1 DVXI VXOREM pendet 'duxii uxorem', sed et cum magno significatu addendum est: maiore enim pondere subtrahitur coniunctio, nam 'duxii etiam uxorem' dicendum fuit. 2 QVAM IBI MISERIAM VIDI 'ibi' inquit, quasi uxor locus sit. 3 Et hoc sine coniunctione, ut mala quae enumerat multa uideantur.

868 14 ALIA CVRA non altera.

871 17 PATRIA POTITVR COMMODA accusatiuo casu extulit, 25 quod nos septimo casu dicimus, id est patrio potitur com-

1 os et OMNIBVS om. C || 5 grate Steph.: graece codd. | ad add. Wieling | transeant codd., corr. Klotz || 6 clemens om. C | agere C || 8 os dett., om. CV || 10 os om. C | ut] aut C, adeo ut V (dett.) | nulli codd., corr. W. | secum tristem cod. Cuiac., se contristem rell. | faciet C || 11 ἀναδρομή Steph.: ***** codd. || 12 ἐξηγητικῶς Steph.: ***** codd. | repetitum C, -ta <sunt> V (dett.); -turi? || 13 bene — agrestis om. C || 16 <dici> potest V (dett.) || 17 auxesi mire V (sim. dett.), ***** C | per ista decurrit V (dett.) || 20 subtrahit coniunctionem (om. nam) C | <quam> etiam C | dicendum fuit om. C || 26 septimo casu (sic et cod. Cuiac.) ablatiuo V (dett.)

- modo. Accius in Clytemestra (*Ribb.³ fr. 9*) ‘seras potiuntur plagas’.
- 873 **19** ILLVM DILIGVNT APVD ILLVM SVNT AMBO EGO DE-
SERTVS SVM hic ostendit Terentius uerum patrem et mole-
stiorem et odiosum magis esse adulescentibus. 5
- 874 **20** 1 ILLVM VT VIVAT OPTANT σύλληψις, nam sic
ueteres; nos dicimus ‘illi optant’, non ‘illum optant’.
- 2 ILLVM Micionem.
- 877 **23** NVNC IAM EXPERIAMVR comice magis pluraliter
‘experiāmūr’ dixit, quam si diceret ‘experiār’. 10
- 878 **24** QVANDO HVC PROVOCAT non addidit quis, sed in-
tellegimus Micionem significari.
- 880 **26** 1 SI ID FIT DANDO ATQVE OBSEQVENDO bene na-
turam secutus ignorat artem, putans agi ueris omnia
debere, non agi ‘dando atque obsequendo’. 2 SI ID FIT 15
id est: iam a liberis si magni pendor. 3 NON POSTE-
RIORIS FERAM subauditur ‘partes’. — 4 Aut: non parui
fiam, id est: non uincar a Miciōne. — et translatio est
a partibus histrionum in fabula. 5 NON POSTERIORIS
FERAM primus in his ero, inquit, in ‘dando atque ob- 20
sequendo’.
- 881 **27** DEERIT ID MEA MINIME REFERT uide remanere in
Demea non penitus eiectam seueritatem.

⟨5.⟩

- 882 **1** 1 NE ABEAS LONGIVS hic ostendit poeta, quam ab-
surde blandus conetur esse qui non soleat, et quam im- 25

1 seras Klotz (*ex ed. Ven. a. 1485*): siras cod. Cuiac., feras
V (dett.), om. C; v. Ribb. || 3 diligent et sint C || 6 silempsis
V (dett.), ***** C; fort. σ. Vel ἀρχαιούσ || 7 ueteres ⟨se-
quebantur (loqueb- dett.)⟩ nos ⟨nero⟩ V (dett.) || 8 Micionem
om. C || 9 comice — experiāmūr om. V || 11 hvc] eo in ras. V ||
13 FIT om. C || 14 secutus ⟨est qui⟩ artem ignorat V (dett.) |
putat C | ueris] seuerius Teuber; an uere? || 15 deberi codd.,
corr. Steph. || 18 fiam Wieling: faciam (-ar V) codd. || 23 securi-
tatem codd., corr. Bentley || 24 NE ABEAS] in V (dett.) hic nova
scaena non incipit (= Ter. codd. γ) v. pref. vol. Ip. XLIX

modica sit repentina largitas, ubi animus a parcitate nimia in contrarium uitium profusionis excurrit.

2 HEVS DEMEA ROGAT FRATER NE ABEAS LONGIVS ut apparet, iam edormiuit crapulam Syrus. 3 *Et* satis moraliter 'frater' dixit nec addidit 'tuus'. 4 FRATER moraliter, nam deest 'tuus'. 5

883 2 O SYRE NOSTER SALVE QVID FIT iam non haec blanda sed dura sunt, nam 'salue' dixit ei non solum quem saepe uiderit, sed cum quo totiens litigauerit, et 'quid fit? quid agitur?', cum et sciat et condemnet actus eius.

884 3 1 RECTE bene 'recte' respondit: hae enim interrogations de salute atque incolumitate eius sunt, qui interrogatur. 2 HAEC TRIA deest 'uerba'.

885 4 PRAETER NATVRAM plus dixit quam si diceret 'prae- 15 ter consuetudinem'.

884 3 3 OPTIME EST IAM NVNC HAEC TRIA PRIMVM ADDIDI PRAETER NATVRAM O NOSTER QVID FIT QVID AGITVR hoc pressius dictum est.

886 5 1 SERVVM HAVD INLIBERALEM dura et importuna 20 repente commutatio ex tanta uituperatione in laudem Syri ostendit contra naturam suam niti Demeam. 2 PRAEBES TE id est re ostendis, factis probas. 3 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM 'libens' ad quam rem adiectum est? an εἰρωνεύως addidit? quis enim credat tam subitis post saeu- 25 tiam blandimentis, nisi factis quoque ostendantur? 4 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM 'et' additum est, ut ostendat hanc esse sententiam: non solum te laudo, sed etiam

2 <et> in C | excurret C, excurrit V || 4 edormit C || 5 frater (post dixit) V (dett.), om. C | FRATER — deest] autem V (dett.) || 9 <interrogat> cum V (dett.) || 10 et sciat (estuat C) et condemnet] hic quasi spernat V (sim. dett.) || 12 RECTE — respondit] bene recte respondit bene recte C, bene respondit V (dett.) || 15 prius C || 17 EST] et V || 20 aut C || 23 id est W.: in codd. | lubens V || 24 libens W.: et bene codd. | εἰρωνεύως W.: et bene hoc codd. || 26 quaeque V || 27 ET — ostendat om. C | lubens V; sic et infra

iuno, illud dicendo hoc faciendo. 5 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM potest hoc et sic intellegi 'tibi bene faxim et libens'; multi enim bene, sed non ex animo faciunt. ergo omnia addidit, quae placatum ostendant ipsum et clementem.

5

887 6 1 ATQVI SYRE 'atqui' abundat per παρέλκον.

2 SYRE asseueratio est non credentis.

888 7 1 HOC VERVM EST quasi falsum fuerit illud quod iurgabat et hoc sit uerum quod nunc <est> mitis. 2 PRO-
PEDIEM ὑφέν, nam 'propediem' aduerbiū est temporis, ut 10
si diceret 'cito'.

6.

889 1 1 ERA EGO HINC AD HOS PROVISO 'ad hos' Micionem et Aeschinum scilicet. 2 'Prouiso' duas res significat: procedo et uideo.

890 2 SED ECCVM hoc apud se.

15

891 3 1 o QVI VOCARE hac interiectione utimur, ubi ex interuallo notos uidemus. 2 o QVI VOCARE post 'o' nomine uocaturus non habuit quid diceret et ideo subiecit 'qui uocare?' sic Vergilius (*Aen. I* 327—28) 'o quam te me., u.? n. h. t. u. m. n. u. h. s.' moris est autem in- 20 feriores proprio nomine uocare, si blandiri uelis. sed hic nominis oblitus, dum dubitat et inquirit, inhaesit pro-nomini.

892 4 ANIMO MEO hoc est: secundum animi mei senten-tiam et quantum ad animum pertinet meum.

25

893 5 1 NAM IS MIHI EST PROFECTO SERVVS in hoc lau-dando quia non laborat, subiecit specialiter merita eius.

2 potest — faxim *om. C* || 3 omnia ergo *V* (*dett.*) || 4 placa-tum (*sic et cod. Cuiac.*) placidum *ed. pr.* (-*itum D*) | *ipsum om. C* || 6 parecon *V* (*dett.*), * * * * *C* || 7 SYRE *om. C* || 9 quod] *f₂* *C* | est mitis *Schoell*: intris *C*, dicit *V* (*dett.*); mitescit *Goetz* || 10 ὑφέν *Steph.*: * * * * *codd.* | nam *om. C* || 12 nos] *uos C* (*cf. Ter. cod. A*) | prouisam *V* (*dett.*) || 17 post *om. V* || 20 inferioris *C*, -rem *V* || 21 uocari *V* (*dett.*) || 22 inhaesit] et hesit *C* || 25 meum pertinet *V* (*dett.*)

at in Syro nihil habuit quod diceret praeter laudem sine ullius facti mentione. 2 *Et mihi id est: quantum ad iudicium meum pertinet.*

894 6 1 CVI DOMINVS CVRAE EST cum hic dominas habeat, 'dominus' dixit, quia et praeualet masculinum. Vergilius 5 (*Aen. II* 632—33) 'descendo ac d. d. f. i. et h. exp.' et praeterea sententia generalis inducitur, cum nullum specialiter dominum significet. 2 ITA VT TIBI SENSI GETA maximum delinimentum infert eum nomine uocans, quemadmodum *<in>* superioribus (*v. 3*). 3 *Et quam grata,* 10 postquam audiuuit, bis (*v. 3 et 6*) nomine appellauit Getam!

895 7 1 ET TIBI OB EAM REM SI QVID VSVS VENERIT 'et tibi' utrum quemadmodum aliis an quemadmodum Syro?

2 ET TIBI OB EAM REM SI QVID VSVS VENERIT defectus quidam rustici est praeter naturam blandientis cogi dicta 15 repete sine gratia. hae autem promissiones ad hoc praemittuntur, ut cum in subiectis agi a Demea huiusmodi res coeperint, non sit absurdum spectatoribus Demeam tam cito esse mutatum.

896 8 MEDITOR ESSE AFFABILIS sic hoc lentius, ut illud 20 supra (*V 5, 3—4*) 'iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?'

898 10 1 PAVLATIM PLEBEM PRIMVLVM moraliter inferiorum turbam dixit 'plebem', hoc est: ut in urbe uulgus, ita in familia seruos. et fit translatio ab his, qui honores dolose 25 ac non pro merito petunt ambitionisque sunt. 2 PLEBEM PRIMVLVM FACIO MEAM hoc est: mihi fauentem, ut e contrario Vergilius (*Aen. II* 396) 'uadimus inmixti Danais h. n. n.'

1 at in Syro *cod. Cuiac.*, at id spero *C*, aut ut estimo *V* (*sim. dett.*) || 5 dominum *V* (*dett.*) || 7 cum *om.* *C* || 9 uocatis *C* | quemadmodum in *Goetz*: quod tantum *V* (*dett.*), *om.* *C*; quod tantum uoluerat in *Schoell* || 10 superioribus *<est>* *dett.* | *<uide>* quam *V* (*dett.*) || 11 audiuuit bis (*sic et cod. Cuiac.*) is dixit *V* (*sim. dett.*) | appellatum *cod. Cuiac.* || 12 et — 14 VENERIT *om.* *C* | et *<si quid>* tibi *V* (*dett.*) || 15 cogit *C* || 18 ceperunt *C* || 21 praeter — agitur] etc. *V* || 23 PRIMVLVM paululum *C*, *om.* *V* || 24 plebem dixit *V* (*dett.*) || 25 et *<id>* *C* || 27 PRIMVLVM qui malum *C* | hoc est *om.* *C*

7.

- 899 1 1 OCCIDVNT ME QVIDEM adulescens et Demea inter se affabiles imaginem praebent et quam dulcis sit iunioribus assentatio et quam ingrata censura. *ἰδιωτικῶς* autem dixit 'occidunt me' pro: nimis laedunt et cruciant.
- 2 DVM NIMIS SANCTAS et 'nimis' et 'sanctas' ridicule additum in ea ducenda, quae iam pepererit. nam sanctum est, quod omni obseruatione inuiolatum est. 3 *Et* bene additum est 'nimis', quia nimium pro uitio ponitur propter illam sententiam, qua dicitur 'ut ne quid nimis' (*And. I 1, 34*). 4 OCCIDVNT ME QVIDEM 'quidem' pro exceptione est, tamquam in hac mora nullus alias occidatur nisi qui amat, *id est ego*.
- 901 3 1 QVID AGITVR AESCHINE iam ipse docuit 'quid fit?' et 'quid agitur?' blandimentum esse (*V 5, 3—4*) 'iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?' 2 HEM PATER non sine consternatione respondet Aeschinus, etsi hic blande interrogat et miti uultu. nam et improuiso obiectus est Demea et insperanti.
- 902 4 TVVS HERCLE VERO ET ANIMO ET NATVRA PATER totum eripuit Micioni, cui ne animum quidem reliquit. 20
- 903 5 1 QVI TE AMAT PLVS QVAM HOSCE OCVLOS magis comicum quam 'amo'. 2 SED CVR NON DOMVM VXOREM ACCERSIS bene subiecit, quae uolenti esse credebat.
- 904 6 1 VERVM HOC MIHI MORA EST TIBICINA ET HYMENAEVM hoc est quod ait (*v. 1*) 'nimis sanctas nuptias 25

3 *ἰδιωτικῶς* autem Steph.: * * * * * codd. || 4 nimis *<et>*
C || 5 SANCTAS] nuptias add. *V (dett.)* | et 2. om. *C* | additum
<est> *V (dett.)* || 6 peperit *V (dett.)* || 7 obscenatione *V (L)* | ostendit *D*) || 9 propter *W.*: prope *C*, iuxta *V (L)* | qua dicitur
C, cod. *Cuiac.*, om. *V (dett.)* | ut om. *V* || 11 exceptione *W.* duce
Hartmano: expectatione codd. || 14 esse] est ut ipse *V (dett.)* ||
15 tria haec *C* | praeter — agitur] etc. *V* | noster] *Syri C* ||
16 quid om. *C* || 17 respondit *C* | etsi hie] et sic *V (dett.)* ||
18 et] ex Steph. | obiectus est] et *C* | et — NATVRA om. *C* ||
20 nec *V* || 23 *<quaeso>* accersis *V (dett.)* || 24 cure est *C* ||

student facere'. 2 Hymenaeum quidam Liberi ac Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. ideo per laudem cantatur uirginalibus nuptiis ob eius modi meritum. alii uirum fortē Atticum dicunt fuisse, qui raptas praedonibus uirgines oppressis latronibus intactas patriae restituerit. alii, quod hymen dicatur membrana quaedam, qua est munita uirginitas, qua primo corrumpitur coitu, hymenaeum putant ueluti hymnum uocari uirginalium nuptiarum. 3 Ergo sic accipe hymenaeum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere et in sacris hymnum.

906 8 VIN TV HVIC SENI AVSCVLTARE contemnens se ipsum dicit hoc solum afferens causae cur credendum sit, quod sit senex. et totum hoc appetat laetissimo uultu dici.

907 9 TYRBAS LAMPADAS TIBICINAS bene totum pluraliter, ut qui reprehendit sic multa. Plautus (*Cure. IV 3, 14*) 'quid tu mihi parasitos, luscos, quid summanos somnias?' haec igitur uultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti.

908 10 ATQVE IN HORTO HANC MACERIAM IVBE DIRVI macerieries dicitur paries non altus de *(materia)* macerata.

911 13 EVGE IAM LEPIDVS VOCOR appetat Demeam experiendi causa assentari, non quod animo facit.

912 14 FRATRI AEDES FIENT PERTVIAE elegantius quam 'fratris'.

914 1 INEO GRATIAM in gratiam eo, hoc est amicos comparo. 2 EGO LEPIDVIS irridens adulescentis animum

1 ac] et V || 3 huiusmodi V || 5 *(a)* praedonibus? || 6 hymen ed. pr.: hyeme C, hymeneum V (dett.) || 8 disruptur V (dett.) | ueluti] alii V (dett.) || 10 θρῆνος Steph.: ** non C, ***** V (dett.) || 11 et] uel V (dett.) || 12 auscultari C | *(seni)* contemnens V (dett.) || 13 dixit *(de)* codd. | credendum C, audiendum V (dett.) || 16 ut] et C | sic reprehendit V (dett.) || 17 quid] quos Plaut. | parasitos luscos quod codd.; luscos libertos quos Plaut. | summano somniasse C, somnia nos somniasse V || 18 ut] quod C || 20 atqui C | hanc in orto V (dett.) || 21 nunc altus codd., corr. Westerh.; tumultarius Sabbad. coll. schol. Bemb. | materia (post macerata) add. Dziatzko || 22 experiundi C || 23 animo] nō C || 24 fratris V

sic inquit. 3 IVBE NVNC IAM insultantis est uerbum 'iube'. <et> tamquam praesto sit, Micioni hoc dicit Demea.

4 Aut apud se hoc. 5 IVBE quasi hoc dicere insultantes solemus ^{v. app. p. 507} nunc minare hunc si abste tecum afflictum tenemus[†]. ita et Demea Micioni dicit 'iube nunc'. 5

6 IVBE NVNC IAM DINVMERET ILLE BABYLO VIGINTI MINAS nimis morale est, cum de absente quasi cum praesente agimus. est autem hoc 'iube nunc iam' figura etiam apud Plautum frequentissima. 7 IVBE NVNC IAM 'iube' sic dicit quemadmodum supra (v. 10). 10

915 17 1 ILLI cui, cum hic alius nemo adesset cui diceret? 2 DINVMERET 'dinumeret' dixit quasi multum numeret. 3 ILLI 'illi' cui? Ctesiphoni <an> lenoni an Aeschino an Syro? 4 BABYLO 'Babylonem' fratrem ob nimiam liberalitatem uocat. 5 An Aeschinum nimis 15 prodigum?

916 18 1 SYRE CESSAS [INTRO] IRE AC FACERE *iδιωτικῶς* dicitur. 2 DIRVE hoc vultu dicitur adhortante.

918 20 1 CVM TE VIDEO NOSTRAE FAMILIAE TAM EX ANIMO FACTVM VELLE ex animo alicui facere est id facere 20 quod ille in animo suo uelit, aut certe ex tota mente praestare, non perfunctorie. 2 Sed 'ex animo factum'

1 uerbum est *V* (*dett.*) || 2 et *add.* *W.* | praesto sit *Schoell*: praestet *codd.*; praesenti *Klotz* || 3 se <dicit> hoc *V* (*D*) | <quod> quasi (*om. hoc*) *V* (*L*) | insultantes dicere *V* (*dett.*) || 4 nunc minare hē si abste tecum *C*, nunc minari est assistere quem *V* (*dett.*); *v. append.* || 5 micioni demea *V* (*dett.*) | dicat *C* || 6 IVBE — IAM et ILLE *om.* *C* | babilo *V*, (*post MINAS*) *C* || 7 quasi cum (*sic et cod. Cuiac.*) tamquam de *V* (*dett.*) || 8 hoc *om.* *V* (*dett.*) || 11 illuc cui cum hec alius nemo dixisset alicui diceret *C*, illuc cui aequum alius nemo adesset alicui diceret *V* (*om. dett.*) || 13 numeret *D*, din- *C*, den- *V* | cui illi *V* | *an add.* *Umpfenb.* || 14 <in> eschino *C* | <an> fratrem babylonem liberalitatem ob nimiam uocet *V* (*dett.*) || 17 ac] et *C* | *iδιωτικῶς* *Steph.*: ***** *codd.* || 18 ab hortante *codd.*, corr. *Steph.* || 19 <tu> te *codd.* | NOSTRAE FAMILIAE *om.* *C* | TAM *om.* *V* || 20 alicui] aliquid *V* (*dett.*) || 21 certe *L*, -ta rell. || 22 praestari *codd.*, corr. *Steph.*

bene factum intellegere debemus, ut sit 'ex animo' quasi ex sententia.

919 21 DIGNOS ARBITROR multa desunt: et 'uos' et 'esse' et 'quibus fiat'.

920 22 QVID TV AIS eo uultu dicitur 'quid tu ais?', quo uidemus loqui eos, qui ab his interrogant gesticulante uultu quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse.

923 25 SIC SOLEO potest εἰρωνεῖα uideri, quippe quando tale consilium dat Demea, quod probaret adulescens. 10

8.

924 1 1 IVBET FRATER appetet Micionem dixisse 'cur di-ruis?', Syrum respondisse 'quia hoc iubet frater tuus'.

2 IVBET FRATER dirui maceriam scilicet. 3 TV IVBES HOC DEMEA interrogatiue pronuntiandum totum; ita erit una persona et breuiter ostendetur ex huius uerbis, quid prior dixerit Syrus. 4 Et mirum initium, ne prooemio opus esset Demeae ad profitendam mutationem uoluntatis.

925 2 1 HAC RE maceriae disiectio. 2 ET ALIS OMNIBVS in his nuptiis senilibus.

927 4 1 COLERE 'iubeo' subauditur per ζεῦγμα. 2 COLERE 20 ADIVVARE ADIVNGERE 'colere' ad Syrum pertinet, 'adiuquare' ad Hegionem, 'adiungere' ad Sostratam. 3 Et adnotandum coli a superiore, ut (*Verg. Aen. I 16*) 'posthabita e. S.'

928 5 IMMO HERCLE ITA NOBIS DECET antiqui si addeabant statim uerbum, 'nos decet facere' 'nos decet dicere', si 25 non addeabant, 'nobis decet' dicebant.

1 bene factum om. V || 4 quibus fiat Bentley: qui fiant codd. || 6 ab his] aliiis V (L; om. D) || 7 quid om. C || 9 ironia V (dett.), * * * * C || 10 dat Schoell: probat V (dett.), om. C || 11 IVBET] in C nova scena non incipit; cf. Watson, 'Harvard Stud.' XIV 153 sqq. || 12 hoc om. V || 13 tu C, tune V (dett.) || 18 <in> aliiis V (L) || 19 in his W.: nisi C, nisi in V (dett.); ut Steph. || 20 iubeo (-be C) colere codd. | per om. C | ζεῦγμα M⁴ (Steph.), * * * * rell. || 21 colere — adiungere om. C | Syrum] nurum Steph. || 23 ut] et C || 25 nos 1. om. C | si Steph.: sed codd. || 26 decet <sed simpliciter> V (dett.)

v. p. m. v. vol. I p.
XLIX

929 6 1 PRIMVM HVIVS VXORIS EST MATER incipit a persuasione sed latenter, ita ut ea quae proposito consilio dicenda erant ante demonstrarit quam dicat quid fieri uelit. et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus, *< a >* quibus incipere non oportet propter turpitudinem aut incommoditatem rei, quae persuadenda est. considera adeo apud Vergilium (*Aen. V 606 sqq.*), ubi persuadet Iris matribus, ut naues suas incendant, et inuenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quam plurima 'quin agite et m. inf. exu. p.' (*v. 635*) 2 *Et initium a possibili factum est, nam dicit 'huius uxoris est mater'.*

930 7 1 PROBA ET MODESTA 'proba' sibi, 'et modesta' apud alios. 2 *Et uide laudes conciliatoribus inuentas et usitatas.* 3 *ITA AVNT* hoc ita respondet, quasi dicat 'sed quid mea?' 15

931 8 1 scio adhuc Micio non intellegit quo res tendat, sed tantum uultu quodam admirantis cur hoc dicatur respondebit. 2 *PARERE HAEC IAM DIV PER ANNOS NON POTEST recte, ne contra filios pater suadere uideatur.* 3 *PER ANNOS NON POTEST* bene 'per annos', quia non est sterilis. 20

933 10 1 HANC TE AEQVVM EST DVCERE 'te, Micio' scilicet. 2 *ET TE OPERAM VT FIAT DARE 'te, Aeschine', nam ad illum conuersus a Miciione est. et quare Aeschinum dare aequum est? scilicet ut prosit socrui.*

931 8 4 *PARERE HAEC IAM DIV PER ANNOS NON POTEST* 25
hoc autem addidit, ne contra filios pater suadere uideatur nuptias, si illis coheredes esse procreandos suadeat.

934 11 1 ME DVCERE AVTEM *< te >* magna uis in pronomibus posita est, nam 'me' ille sic dicit quasi quem

2 *ita<que> C || 3 demonstrare codd., corr. Steph. || 4 a add. Steph. || 5 non et propter om. C || 7 apud] ab ib ** C | ubi om. C || 13 apud alios] alii cod. Cuiac. | consiliatoribus codd., corr. Klotz | inuentas] commentas Schoell, suetas Bentley || 17 tantum W.: tamen codd. || 19 pater suadere (*cf. schol. 8, 4*) persuadere C, suadere V (*dett.*) || 21 *te om. C* || 22 dare *< et > te* V | nam] añ C || 26 autem] videtur hoc scholion olim cum schol. 8, 3 fuisse coniunctum || 27 pater suadere Steph.: persuadere codd. || 28 pronomine C || 29 dicit om. C*

minime deceat, 'te' hic sic respondet quasi quem maxime oporteat. 2 INEPTIS uerbum est, quod facit ineptio ineptis ineptit. 3 si TV SIS HOMO non 'si es' sed '<si> sis' dixit, quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. 4 si TV SIS HOMO Aeschine. 5 si SIS PRO: 5 si esse uolueris et si credi homo esse uolueris. 6 si TV SIS HOMO hic facete et mire coegit Aeschinum ad persuadendum; non enim dixit 'si tu sis homo, persuade', sed 'hic faciat', ut ab illo non factum sed effectum exigeret.

935 12 1 QVID TV AVTEM HVIC ASINE AVSCVLTAS aptum 10 conuicium grandi et fatuo. 2 MI PATER 'mi' uocatiuus est casus ab eo quod est meus.

936 13 1 FIERI ALITER NON POTEST a necessario. 2 DE-LIRAS proprie ut uetulo.

937 14 1 INSANIS AVFER congrue seni 'deliras', iuueni 'in-sanis'. 2 Et AVFER uel 'te' uel 'manum', nam rogans manum admouet scilicet dicens 'mi pater'. 3 AVFER 'aufer': aut 'te' aut 'manum'. 4 Aut pro eo quod est abi, ut sit: aufer te.

938 15 1 EGO NOVVS MARITVS apud Menandrum senex de 20 gravatur ~~nati~~
Ter. 142 ne gre-vare nuptiis non grauatur: ergo Terentius ενθετικῶς. 2 EGO Leo Ly
NOVVS MARITVS ANNO DEMVM QVINTO ET SEXAGESIMO FIAM ATQVE ANVM DECREPITAM DVCAM quis quid quando quo-modo: quis 'ego', quid 'nouus maritus', quando 'anno demum quinto et sexagesimo', quomodo 'anum decrepitam 25 ducam'.

1 hic Westerh.: ille codd.; illi hic Schoell || 4 si add. W. || 6 esse 2. om. V(L) || 7 hic om. C | cogit V || 9 hic Westerh.: sic codd. || 12 casus] pr̄ C || 14 proprie ut uetulo W.: proprio et uotulo C, proprio uocabulo usus est tamquam loquaci V (dett.) || 15 deliras <inquit> V (L; dicit D) || 16 manum] mente C || 18 aufer om. V (dett.) | te <deest> V (dett.) || 19 abi <pomitur> V (dett.) | ut Westerh.: aut codd. | sit cod. Cuiac., sic rell. | aufer te cod. Cuiac., auferēt C, -rrem V (dett.) || 21 ergo D, ego rell. | Terentius om. V (dett.) | ενθετικῶς (sic) Lindenbr. (ex cod. Cuiac.?) : ***** codd. || 23 quis — quomodo cod. Cuiac., quic-quid quando modo C, <hic deest et> quis <et> quid <et> quando <et> quomodo <ut sit> V (D; om. L) || 24 quid] quis C

- 939 **16** 1 ATQVE ANVM DECREPITAM DVCAM facete hoc ad-didit, tamquam faciendum hoc esset, si puella ducere-tur seni.
- 938 **15** 3 ANNO DEMVM QVINTO ET SEXAGESIMO haec aetas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum. 4 *Et 'de-mum'* aduerbium tarditatis est.
- 939 **16** 2 IDNE ESTIS AVCTORES MIHI id est persuasores, ut Vergilius (*Aen. XII 159*) 'auctor ego a.' 3 DE-CREPITAM 'decrepitam' aut stomacho anili et iracundo aut 'decrepitam' obtusi animi et laesae senectutis aut 'decre-pitam' cui saepe moribundae crepuerit planctu familia, id est conclamauerit.
- 940 **17** 1 LARGITOR imperatiuo modo temporis futuri.
2 DE TE LARGITOR PVER acutius 'de te' dictum est quam 'de tuo'. 3 *Et* bene in eum, qui promiserat puellae 15 coniunctionem suam.
- 942 **19** 1 DA VENIAM praesta beneficium, concede quod petitur. 2 NE GRAVARE ne te difficilem praebeas, quia grauem se dicitur praestare, qui id facile non praestat in beneficio quod potest. 3 DA VENIAM NE GRAVARE FAC 20 PROMITTE altrinsecus agentium fatigantiumque uerba sunt.
- 943 **20** AGE PROLICE MICIO aut 'age prolix'e' id est: age benigne, ut sit 'prolix'e' benigne secundum ueteres, aut per ἀσύνδετον et ἔλλειψιν 'age' correptiuum, ut ad 'pro-lix'e' subaudiatur 'noster esto' aut quid tale et 'Micio' 25 uelut 'insanis' dictum sit.
- 944 **21** ETSI HOC MIHI PRAVVUM 'prauum', si anum ducet
1 hoc facete *V* (dett.) || 5 ait om. *C* || 7 mihi auctores *V* (dett.) | id est *D*, hoc est *V(L)*, om. *C* || 9 decrepitam om *C* | aut] et *V* || 10 obtusi animi et] obitus. Hec *C*; *fort.* obtusae et || 12 conclamauerit cod. *Cuiac.* (cf. *Eun. II 1, 25*), clam-rell. || 13 <uerbum est> imperatiui modi futuri temporis *V* (dett.) || 18 grauere *V(D)*; sic et *infra* || 19 grauem se ed. *pr.*: graue se *V*, grauare *C* || 20 in] etiam *C* | quod potest om. *C* || 21 fatigant. n. uerba *C* || 24 ἀσύνδετον et ἔλλειψιν *Steph.*: ***** codd. | correptiuum <est> *V* (dett.) || 25 noster esto *Steph.*: noster est *V*, noster (bis) deest *** *C* | et] ut *V* (dett.) || 26 insanis *C*, cod. *Cuiac.* et *Huls.*, insuauui *V* (dett.) || 27 prauum om. *C* | ducit *V*

nullo commodo suo, 'ineptum' qui non uoto filiorum ducat uxorem, 'absurdum' homini, qui numquam duxerit et numquam ducere uoluerit, <'alienum'> seni duci uxorem, quae adulescenti ducta non sit.

945 22 1 SI VOS TANTOPERE ISTVC VVLTIS FIAT cur hic 5 non quaeritur de uoluntate Sostratae? an quia illam consentire necesse est uel propter pauperiem uel ob amorem filiae suae? 2 SI VOS TANTOPERE ISTVC VVLTIS FIAT ridicule dixit et comice uxorem se ducere, non quia uelit aut debeat, sed ut obsequatur iubentibus. 10

946 23 HOC CONFIT QVOD VOLO perficitur, inquit, quod uolo, ut sumptum et turbam domum recipiat Micio et ego ineam gratiam (cf. V 7, 14).

947 24 1 QVID NVNC QVOD RESTAT pro 'quod sequitur'.
2 An 'quod restat' tamquam reliquiae rerum priorum 15 ac per hoc minimum? 3 HEGIO EST HIS COGNATVS PROXIMVS commendatio personae quasi notae etiam Micioni ob merita sua. 4 Et bene addidit 'proximus', nam multi gradus et ueluti rami sunt propinquitatis in affinitate et cognatione dispositi. 20

948 25 1 AFFINIS NOBIS recte, nam uxoris cognati affines marito sunt. 2 PAVPER iam hoc nomine appetet aliquid flagitari.

949 26 1 QVOD LOCITAS FORAS 'foras' dixit locum pro persona ponens, quasi diceret 'nescio cui alieno'. sic et 25 nos dicimus 'audi: quid dicit ecce hac?' pro ecce hic. et Cicero (*in Verr. II, I 26, 66*) 'hic tum alias ex alia parte'. deest ergo aliquid, ut sit: *quod locitas foras uersum*.

2 Aut si 'foris', foris posito, id est alieno. 3 SVB VRBE

³ alienum *W.*: et *V* (dett.), *om.* *C* || ⁶ quaeritur *Goetz*: uertitur *C*, uerditur *V* || ¹¹ CONFIT (cf. *Andr. I 1, 140*) cum fit *codd.* || sumptum et] supra *V* (dett.) | recipiam *codd.*, corr. *Steph.* || ¹⁴ quid restat *V* (dett.) | quid *V* (dett.); *sic et infra* || ¹⁵ reliquiae rerum *Westerh.*: reliquiarum *codd.* | priorem *codd.*, corr. *Steph.* || ¹⁶ per] propter *C* | hic *V* (dett.) || ¹⁷ maximus *C* | etiam] et *C* || ¹⁹ sint *C* || ²¹ marito affines *V* || ²⁶ hac] hic *C* | et *om.* *V*

EST AGELLI PAVLVVM totum cum contemptione pronuntiandum.

950 27 1 HVIC DEMVS QVI FRVATVR id est: qui fructum capiat, non proprietate potiatur. proprie ergo et quasi de iure dixit 'fruatur'. 2 'Fruatur' autem est alatur, quia frumen dicitur summa gula, per quam cibum lingua demittit in uentrem.

951 28 1 BONVS EST NOSTER EST RECTE DATVR ἐπιτροχασμός hortantis et ἀσύνδετον multa congerentis. 2 NOSTER EST bene addidit, namque dixit 'pro patre huic est'. 10 3 BONVS EST potuit responderi 'quid mea?' 4 RECTE DATVR quasi non quaeratur, an dandum sit, sed illud solum, an recte, quaeratur. 5 BONVS EST NOSTER EST haec omnia uultuose, tamquam inuidiam faciat parsimoniae Micioni. 6 Et plus significat 'noster', quam si addatur 15 'quid noster?'

952 29 1 NON <MEVM> ILLVD VERBVM FACIO nunc 'uerbum' pro ἀξιώμate posuit, quod uno stringitur uerbo. ergo 'uerbum' brevis sententia. 2 NON MEVM ILLVD <VERBVM> FACIO nota 'uerbum' pro sententia, ut (*And. I 1, 18*) 'uno uerbo 20 dic, si quid est quod me uelis' et (*And. I 5, 5*) 'miseram me, quod uerbum audio?' 3 'Verbum' dixit ueram sententiam, nam uerba a ueritate dicta esse testis est Varro (*cf. de l. l. I fr. 1 Wilm.*, p. 144, 17).

954 31 1 HANC MACVLAM NOS DECET EFFVGERE 'maculam' 25 τῷ χλευασμῷ dicit irridens opinionem Micionis, quia parsimoniam maculam putet. 2 Et simul auxit primo 'uitium', deinde 'maculam' dicendo.

4 et om. C || 5 est autem fruatur *V*, autem est *C* || 6 quia] et *C* || 7 lingua cibum dimittit *V* || 8 ἐπιτροχασμὸς *M⁴* (*Steph.*), ***** *rell.* || 9 et om. *C* | ἀσύνδετον *M⁴* (*Steph.*), ***** *rell.* || 10 est om. *C* || 12 illud] id *V* || 13 solum <erit> *V* (*dett.*) || 14 parsimoniae faciat *V* (*dett.*) || 17 nunc *L*, non *C*, num *V(D)* || 19 ἀξιώματι *Steph.*: ***** *codd.*; -te *W.*, cf. *Andr. I 1, 18 et I 5, 5* | uerbo *om. V* || 19 sententia <est> *V* (*dett.*) | *MEVM*] enim *codd.* || 20 ut] et *C* || 21 dic *om. C* | τὸ 'si' non agnoscent *Ter. codd.* | me miseram *C* || 22 audio uerbum *C* || 23 esse ante a *V* | testis est] testatur *V* (*dett.*) || 26 τῷ χλευασμῷ *Steph.*: ***** *codd.*

958 35 1 SVO SIBI GLADIO HVNC IVGVLO ἀλληγορία.

2 Non 'suo' sed 'suo sibi' moraliter et ut ueteres solent loqui.

(9.)

958 1 FACTVM EST QVOD IVSSIISTI DEMEA id est: diruta est maceria.

959 2 1 FRVGI HOMO ES utilis ut fruges. 2 ERGO EDEPOL HODIE MEA QVIDEM SENTENTIA IVDICO SYRVM FIERI LIBERVM hoc est iamdudum quod promiserat Syro, sed nunc opportune: uidetur enim modo meritum praecessisse.

3 Et SENTENTIA IVDICO περισσολογία est.

961 4 1 MVLTA oratorie maluit generaliter 'multa' dicere, quam quaerere specialiter, quod inuenire non posset.

2 Et Micio singulariter unum quaerit, hic pluraliter 'multa' respondet. 3 QVOD NAM OB FACTVM ⟨a⟩ iure: adscribi enim causas manumissionis in iure formula est.

4 EDEPOL VIR BONVS iurat bonum, quia praeter opinionem est.

962 5 1 EGO ISTOS VOBIS VSQVE A PVERIS intellegit Syrus laborantem pro se Demeam non habere quod dicat, et ideo ipse prosequitur ordinem meritorum. 2 SED. ⟨D.⟩ apparer paedagogum fuisse.

963 6 1 DOCVI MONVI BENE PRAECEPI ridicule adduntur, sed tamen consuetudine, quia imputantur etiam facta praeve pro bonis. 2 QVAE POTVI OMNIA bene 'quae potui' quasi plura uellet.

1 allegoria *V* (dett.), * * * * *C* || 4 FACTVM] *hic nova scaena non incipit in codd.* || 6 ego *V* (dett.) || 7 HODIE om. *V* || 8 liber-
tum *C* || 10 περισσολογία *Pith. ex cod. Cuiac.: κυρολογία M⁴* (Steph.), * * * * *rell.* || 11 multa om. *C* || 12 possit *V* (dett.) || 14 respondit *V* | *a add. W.* || 15 manumissis (in m- *V*) *codd.*, corr. Steph. | formale *V(D)* || 19 quid *V(D)* || 20 SED. *D. Schoell:* sed *C, cod. Cuiac. et Huls.*, quem *V* (dett.); secundum quem Steph. || 23 sed tamen] et tantum *C* | etiam] et *C* | praua *Goetz* || 24 OMNIA — potui om. *C*

- 964 7 RES APPARET mire irridet Demea, sic tamen, ut serio agere uideatur.
- 965 8 APPARARE DE DIE CONVIVIVM id est repente, neque ante praedictum aut pridie constitutum.
- 967 10 1 POSTREMO HODIE IN PSALTRIA HAC EMENDA et 5
hoc totum serio dicitur, ut magis ridiculum uideatur.
2 HIC ADIVTOR FVIT in re bona adiutores, in mala
impulsores dicuntur. ergo hic 'adiutor' dicitur Syrus
a non irascente, a criminante autem et irato 'impulsor'
(III 2, 17; IV 2, 21). 3 HIC ADIVTOR FVIT HIC CVRA-
vrr de more repetitum est 'hic', cum dicitur 'hic adiutor
fuit, hic curauit'. sic enim solemus onerare audientem
meritis eius, quem laudamus. deinde quid <non> pree-
stit, qui et officium corporis ut adiutor et curam animi
praebuit ut consultor? 15
- 969 12 DENIQVE HIC VVLT FIERI abutitur Demea sciens
prodigam uoluntatem adulescentuli.
- 970 13 1 SYRE ACCEDE HVC AD ME ut eundem
manu emittat an ut palam fiat, iubet proprius accedere
iuris publici consuetudinem ludens? 2 Et uide quam 20
comicam manumissionem quam facete induxerit atque con-
digne!
- 971 14 ET SEORSVM TIBI PRAETEREA DEMEA efficit Demea
plus quam uolebat: nam qui amari conabatur, preefertur
his etiam qui amantur. 25
- 972 15 1 GAVDEO ET EGO gratulantium Syro uoces sunt,
quibus de more ille 'credo' respondebit. 2 VTINAM HOC
PERPETVVM FIAT GAVDIVM integrum, solidum et nusquam
interruptum.

1 Demea om. C || 3 apparere C | in die V (dett.) || 5 HAC]
hec C, istac V (dett.) || 6 uideatur <.i.> C || 7 <re> mala V
(dett.) || 8 Syrus om. V (dett.) || 11 de — curauit om. C ||
12 audientem mentis C, audientis mentem V (dett.), corr. Steph. ||
13 quae V | quod V | non add. Steph. || 19 manu mittat V
(dett.) | fieri codd., corr. Steph. || 21 indigne C || 23 et fecit codd.,
corr. Steph. | demeae V || 24 quia mori conabatur C, quia conaba-
tur amari V (dett.) | preefertur om. C || 25 etiam iis V || 26 uoces
sunt W.: uxorem C, haec uerba sunt V (dett.) || 27 fiat perpetuum C

- 973 16 1 PHRYGIAM VT VXOREM MEAM ut ipse Syrus, ita Phrygia uxor secundum ueteres, qui seruis nomina a nationibus imponebant. 2 VNA MECVM VIDEAM LIBERAM hoc sic pronuntiandum est, quasi gaudeat se recordatum de ea, quod cum ultro cogitare habuisset, paene oblitus fuit.
- 975 18 1 HODIE PRIMA MAMMAM DEDIT HAEC ridiculum meritum, siquidem oportuerit primam esse quamcumque. 2 An quia causa est, qua ingenui dicuntur serio a nutricibus liberis educendi? 3 HERCLE VERO SERIO ad 10 uerbia sunt confirmantia cum παρέλλοντε.
- 977 20 1 OB EAM REM hoc eo uultu dicitur, quo rem ueluti excutimus et ostendimus momenti esse nullius. 2 ARGENTVM QVANTI EST SVMITO quanto pretio ualet. 3 ARGENTVM QVANTI EST SVMITO hoc uerbo tenus, ut 15 faciunt qui persuadere aliquid cupiunt.
- 978 21 DI TIBI DEMEA OMNES SEMPER OMNIA OPTATA AF- FERANT 'omnes omnia' antiqua elegantia et figurata.
- 979 22 1 PROCESSISTI HODIE PVLCHRE nunc uere pulchre processit Syrus. 2 SIQVIDEM TV TVVM OFFICIVM FACIES 20 hoc est patroni, ut libertum non deseras sed alas manussum. Plautus (*Circ. IV 3, 15—16*) 'facis melius quam pars lenonum, qui libertos habent et eos deserunt'.
- 981 24 1 DEDERIS VNDE VTATVR 'utatur' uiuat, quia usura uita dicitur, ut (*Cic. in Catil. I 12, 29*) 'unius usuram 25 horae gladiatori isti non dedissem'. 2 An 'unde utatur'

1 vr om. V || 2 uxor phrygia V (dett.) | a om. C || 4 sese (se V) cordatum codd., corr. Steph. || 5 de ea W.: demea C, cod. Huls., -meae rell. | cogita (-at V, dett.) habuisse codd., corr. W. | paene om. C, cod. Huls. || 7 primum codd. || 10 liberi seducendi C, liberi (-is L) educandi V(L) || 11 confirmatiua V (L) | cum ΤΑΡΕΛΚΟΝ¹ cod. Cuiac., cum parecon V (L), eum * * * * C; -ovre W. || 12 dicitur post 15 arg<um>entum C || 14 ARGENTVM — ualet] hoc quanti est sumito quanto pretio ualet argentum post 16 cupiunt C, om. V(L) || 15 uerbo tenus (sic et cod. Cuiac.)] uerbo utimur V(L) || 17 OMNIA om. C || 19 precessisti V | num C || 21 ut patroni <est> libertum V(L) | sed] vt C || 22 melius] sapientius Plaut. || 24 quia] unde V(L) || 26 isti <ad uiuendum> Cic. | utatur W.: alatur codd.

de quo fructum usumque capiat et cuius tibi sortem reddit? et hoc melius, nam ideo addidit 'reddet tibi cito'.

3 ISTOC VILIUS hoc egit Terentius, ut conuersis officiis usque adeo prodigum faceret Demeam, donec parciorem redderet Micionem. 4 ISTOC VILIUS quasi nihil minus; 5 negatio est enim floccum ostendens aut quid tale cum ἔλλειψει, qua subauditur 'quicquam' et 'non dabo'.

983 26 1 FACIET ne quid negatum in fine fabulae uideatur, addidit Demea 'faciet'. 2 Et FACIET hoc potens et irridens quasi de prodigo dicit. 3 Et mire 'faciet', 10 quia nec credibile erat statim consensurum qui negauerat et perpetua negatio esse in fine non debuit.

984 27 QVID ISTVC QVAE RES TAM REPENTE MORES MVTAVIT TVOS animaduertendum est, qua calliditate Terentius quaerens finem fabulae complere laetitia, per ipsum 15 Demeam muneratur uniuersos, qui in tota comoedia tristis ac saeuus interturbauit et uociferatus est.

985 28 1 QVOD PROLBIVM 'prolubium' Latine, quod Graeci προθυμίαν, id est promptus animus ad largiendum.

2 SVBITA EST LARGITAS repentina, ac per hoc ipsa est ingrata et immoderata, ut euenit, cum ex nimis parcis non largi <et> liberales, sed effusi prodigue redduntur.

986 29 1 VT ID OSTENDEREM abundant 'id', non ἔλλειψις est pro '<propter> id'. 2 QVOD TE ISTI FACILEM ET FESTIVVM PVTANT multum detraxit Micioni dicendo 'te 25

2 reddat *V* || 3 istuc *codd.* || 4 parciorem *Schoell*: parem *codd.*; parcum *Steph.* || 5 istuc *codd.* || 6 enim est *V(L)* | cum elpsi *V(L)*, eume *** *C* || 9 faciet *om.* *C* | hoc] quod *V* | potens <silicet> *V(L)* || 10 et *W.*: quod *V(L)*, *om.* *C* | irridens <dixit> *V(L)* | dicit *Schoell*: dicere *C*, (add. uideatur *V(L)* || 11 concessurum *V* | negat *C* || 12 perpetuo *codd.*, corr. *Westerh.* || 13 istud *C* || 15 laetitiam *codd.*, corr. *W.* || 16 muneratur *W.*: numeratur *C*, nititur <in> *V(L)* || 18 proluium proluium *codd.* || 19 προθυμίαν *Steph.*: ***** *codd.* || 20 est subita *C* | ipsa est] ipse *C* || 22 et add. *Steph.* || 23 ut <if> *V* | non *W.*: nam *codd.*; an *Goetz* | ἔλλειψις *Steph.*: **** *codd.* || 24 propter add. *W.* | id] ut *V* || 25 multum — p. 184, 3 PVTANT *om.* *V*

isti putant', per quod significatur errare adulescentes et hunc non esse festiuum. 3 QVOD TE ISTI FACILEM ET FESTIVVM PVTANT bene in postremo dignitas personae huius seruata est, ne perpetuo commutata uideretur, ut Truculenti apud Plautum.

988 **31** 1 INDVLGENDO attendendum est indulgentiam a Demea culpae ascribi denuo. 2 ET LARGIENDO MICIO seuere additum nomen est uerbis ex animo plorantis.

990 **33** 1 QVIA NON IVSTA INIVSTA PRORSVS OMNIA OMNINO OBSEQVOR proverbiales sunt huiusmodi elocutiones: fanda 10 nefanda, digna indigna, uelis nolis etc. 2 Fuit ueteribus usitatum iusta iniusta, digna indigna, fas nefas.

991 **34** 1 EFFVNNDITE EMITE FACITE 'effundite' ad Aeschinum pertinet, 'emite' ad Ctesiphonem, 'facite' ad omnes.

2 FACITE QVOD VOBIS LIBET prope rediit rursus ad 15 amaritudinem pristinam. 3 Haec ἐπιτροπή est figura, qua inuitos nos permittere ostendimus quod nolumus fieri.

992 **35** QVAE VOS PROPTER ADVLESCENTIAM MINVS VIDETIS hic ostendit Terentius magis Demeam simulasse mutatos mores quam mutauisse.

993 **36** MINVS VIDETIS MAGIS IMPENSE CVPITIS CONSVLITIS PARVM ποικιλλα: 'minus' 'magis' 'parum'.

994 **37** 1 HAEC REPREHENDERE ET CORRIGERE ET OBSECVN-
DARE IN LOCO tribus tria redduntur et utraque αὐξητικῶς, illa in malam partem superiora, haec in bonam quae in feiora sunt. non tantum enim culpae est minus prouidere quam impense <cupere>, nec tantum mali est impense cupere quam parum consulere. item reprehendere bonum est, melius corrigere, optimum secundare; nam qui repre-

1 per om. C || 4 ne W.: ut codd. || 6 attendendum est W.: antedicenda et C, -do (om. et V) | ad meam culpam scribi codd., corr. Steph. || 8 est nomen V (dett.) || 9 ista iusta V (L), iusta C || 11 uelis — indigna om. V (D) || 15 lubet V | proprie V reddit C | ad om. C || 16 ἐπιτροπή M⁴ (Steph.): **** codd. || 17 quod] *** C || 22 ΤΤΟΙΚΑΝΔ cod. Cuiac., **** rell.; εἰρωνεία Steph. || 23 offecundare C || 24 αὐξητικῶς Steph.: ***** C, om. V || 27 cupere add. Steph. || 28 quam] quantum V (D) | item Steph.: iram (nam D) codd.

hendi
secun
'secu
loc'
dare'
legim
5
995 31
ribus
996 31
permis
quoda
997 40
amet,
cura a
propos
nimian
eius 'i
simul
facilem

1 e
nece?
oi C
13 ne 2
dinerit

hendit, non continuo et corrigit, qui corrigit, non illico secundat, id est laetissimum reddit et fidelissimum. alii 'secundare' obsequi dictum putant et ideo additum 'in loco', quasi non semper faciendum sit. 2 Ergo 'obsecundare' uel in melius conuertere uel obsequi intellegimus.

995 **38** TIBI PATER PERMITTIMVS noluit Terentius ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem.

996 **39** SINO HABEAT IN ISTAC FINEM FACIAT haec quidem permissio est, sed exceptionem in se continet et cum 10 quodam stomacho et uelut minaci denuntiatione profertur.

997 **40** IN ISTAC FINEM FACIAT hoc est aut: ne aliam amet, aut: ne alteram comparet, ne post istam luxuriet cura alterius. 2 RECTE bene et Micio non discessit de proposito suo, qui ut peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem, cum exceptione quadam laudans uerba eius 'istuc recte' dixit, quasi diceret 'non ut cetera', et simul reposuit ei, qui supra (v. 29) dixerat 'quod te isti facilem et festiuum putant'.

1 et om. *V* | qui corrigit om. *C* || 2 et fidelissimum om. *C* (*recte?*); et felic- *Westerh.* || 3 additum *<est>* *V* (*dett.*) || 4 quasi osi *C* || 9 ista *C* || 12 isto *C* | faciet *C* | aut ne] ne & *C* || 13 ne 1.] non *C* || 14 RECTE bene om. *V* || 18 qui] quae *V* (*dett.*) | dixerit *V*

